Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



57

legis ad perfectionem tendunt. quia pro
perceptione denarii diurni in uinea xpi labo
rabant. Id est illa intentione uerbo doctrinę
insistunt. ut imaginem in se sui conditoris
ac regis quam adam peccante perdiderunt.
Ipso donante restaurent, ut nomen eius q;
peccando amiserant. recte uiuendo recipiant.
Sola namq; in denario regis nomen & imago
contineri, sed & hoc quod denarius ex eo no
men accipit. quia decem nummis complectur.
statui futurae nrae beatitudinis apte congru
it. quae in uera di & proximi dilectione perfi
citur. Ds namq; sola ternario sepenumero.
propter eam quae ipse est trinitate figuratur.
homo septenario. quia corpus ex quatuor no
tissimis habet elementis. animae uero hoc est
interioris hominis substantia. triplici sola
in scripturis distantia comprehendi, hinc
enim quod dilige ds dnm ex toto corde. tota
anima. tota uirtute nostra praecipimur.
Bene ergo tabulae quib; erectis ac stantibus
tabernaculum omne continetur. decem cubitos
habet altitudinis. quia doctores ac rectores
scae ecclae hac intentione dō deseruiunt.